



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

In Angelis quoque locupletem esse dicendi materiam. Capvt II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Spiritus
Sanctus
centrum
Patris &
filij.

Patris per omnia æqualem Deum : Ab viroque deinde spiratur illa sempiterna amoris flamma, cuius facibus quicquid est modo castillimæ dilectionis mardefcit, Spiritus (inquam) centrum Patris, & filij, Patri & filio *æquales*: Num tu quoties de ijs cogitabis, toties in illum te Polycritilæum putabis ingredi, in quem quo altius quis progreditur, eo magis ac magis per singula momenta succrescentibus aquis implicatur.

Vicis igitur te ad fabricam vniuersi, videbis ab æmulatione iacta terræ fundamenta, liberos colles, diffusas camporum immensitates, prætexta instar elegantissimorum monilium terris maria, tot insularum quasi ocellis, & margaritis conlucenti ipsam spirabilem naturam terris intentam concipies, & qui suo complexu cingit omnia summum ætherem, in quo raris, & in omni æternitate fixis legibus, voluntur purissimi stellarum cœtus, totam denique hanc terram a summo numine locatam homini supellectilem quoties spectabis, toties magnificentissimorum rerum spectaculo perfusus laudum materiam in silentij verres argumentum.

In Angelis quoque locupletem esse dicendam materiam.

CAVTV III

D. Dionys.
de his ordinibus agit
c. 6. de his
archæol.
D. Greg.
hom. 14.
Angeli ex
pictoribus
descripsero.

Angeli deinde magnæ illius mentis purissimæ quædam scintilla, de sempiterno luminis facibus accensa, tantus, & in tot ordines diuinitus exercitus, quantam non dicam orationis, sed & admirationis materiam suggerunt. Nobiles tibi fingere, quales forte apud Pictores, & Poetas sæpe vidisti, pufiones formosulos, quibus vultus admirabili fulgore circumfusus, erines in ceruicem molliter effusi, aut obryzo flauescunt, & lactei colli nitorem blandissimo fœuoniorum spiritui ventilati percurrunt. Quibus alæ ex humeris emergunt geminæ in cœlesti texture concinnatæ, floida viriditate, qualis in pavonibus esse solet, irradiatæ: aureo croceo, punico, cœruleo denique colore miræmodum temperie variatæ, tot referunt spectantibus pigmenta, quot in arcu cœlestium voluptate miramur. Tunica deinde hyalina est quam subtilis denticulati operis

limbus circumquaque excurrans magna vestit eum dignitate.

Tales si Angelos cogitas, quales tibi cunctis pictoribus ludens expressi, totam vim ignoras Angelorum. Natura illis pura est, subtilis, æthereæ, quam nulla corporis figura delineat, nulla materiæ labes infuscat, nullus corruptionis nœuis aspergit, & ut summam dicam, nostri pars melior animus est. Angelus nihil est præter animum. At quis animus in eo ex eo igne delibatus quo sidera volat, & sacri torquentur axes, sed excitatissima mentis vigor tantò expressius ad æternæ pulchritudinis exemplar conformatus, quanto de eius fonte propius respergatur, & uberius. Hinc ille omnium ornamentorum insignis quidam decor, & honorum immortalis affluentia, quam in conditorem suam gratissimæ voluntatis ingenuitate refundant. Tu si de beatarum meritum incredibili celeritate cogitas, finge tibi nauim per immensam patens æquoris spatia remis, velisque concitatissime fluentem, fuge telorum ebullis emissis grandines, fuge reginam auim aquilam toto illo plumarum remigio instructam cœlestissimo corporis nitore, acerimo cupiditatis ardore ruentem in prædis, finge istas, quæ à poetis memorantur alas fulminum, & tuum quando liberum est animam, & illam animi pupillam mentem fulgure velocius per diffusissimam quæque tam breui momento discurrerem, hanc si cum Angelorum celeritate contuleris, restudinem cum equo valentissimo comparabis. Quid dicam de illa præstantissimæ mentis intelligentia, cuius beneficio res omnes, quas nos homini ex iuto, & argilla fœci, tanto cum labore addiscimus, & ægre ratiocinando colligimus, illi nullo negotio, nullo temporis intervallo sagacissime peruident, & impeditos quosque difficultatum nodos explicatissime dissoluunt? Quid de illa cognitione matutina, qua modo res in Deo, tanquam in politissimi candoris speculo, vegeti coloris flore viuidius accensas, modo in se iam remissas, & quasi diluto vigore minus acres contemplantur? Quid de ipsius cognitionis felicis quadam constantia, cuius munere contingit, ut eis non minus ab hac intelligentia cessare liceat, quam plantis, aut animantibus ab actus vitalis perpetuo quodam ministerio? si quidem intellectio beatis mentibus pro vita est. Iam si gratiam spectes, quibus ab ipsis ortus primordijs mirifice sunt nobilitati, cū re-

Angelus nihil præter animum.

Synestius
hymn. 1.
secundo
spiritu uolens
angelorum
celeritas.

Philo Tudaus
li. 1. de officio
m. i. d. d.
Nobis isiv
+uxi +uxi
no d. d. d. g.
noqu i. d. d.
d. d. d. d.



Gratia Angelorum. D. August. l. 12. De ci. 9

Gloria Angelorum.

Officium Angelorum.

rum molitor Deus erat in Angelis condens naturam, & largiens gratiam, vasa myrthea dices, aut crystallina ab ipso vniuersitatis artifice comparata, & omnibus artis enucleata lenocinij, in quæ diuinitatis riuus, tanta, & tam inuisitata donorum fragrantia deplueret. Denique si gloriam considerabis, quæ gratiarum amplitudinem est consequuta, totos in Deum videbis amoris similitudine transfusos, atque absorptos, tum in hoc felicitatis domicilio fidos terrarum ministros, nostræ salutis propugnatores, depulsores miseriarum, auspices felicitatis, Duces, altores, pædagogos, & vt summam dicam, amore Germanos, seruos obsequio, auctoritate patres.

rebat. Plena omnia stupris, cædibus, iniquissimis voluptatibus, immanitate belluarum. Quicquid auaritia in rapinis, luxuries aliud est in flagitijs, quicquid in nocturnis bacchanibus gula, quicquid in fastu supercilio, in magnifanis honoribus arrogantia potuerat, hoc totum effuderat. Scælae penè ipsæ iam cælo gigantum more admouebantur, vt beatorum excinderentur domicilia, cum interim terti recordes, & impij mortales impreffa in priorum liberum ceruices sica victimaria, miserellorum infantium primo cruore, inferorum aras respergebant, & inter sanctissimas epulas, nidoremque coctorum paruulorum, quos ipsi suo sanguine genitos huius lucis yfura priuauerant, epulabantur.

Incarnationis Christi maiestas.

CAPVT III.

Verum enimvero cum multa sint in diuinitatis pleuillima maiestatis, personam tamen Christi Domini, vna est totius Christianæ doctrinæ caput, & omnium argumentorum seminarium, a qua multiplicium curricula sermonum explicantur, & in quam omnia longe, lateque sparsa reuoluuntur. Num vero quoties incarnatum Deum dicimus, toties purissimi Angelorum cœtus obstupescunt, toties horrore perfunduntur mortales, toties contremiscunt inferi: O profundissimam consiliorum caliginem! o mysteriorum maiestatem! iacebat humana natura in æterni squaloris sordibus, turpis, lacera, deformata, eruentis ipsis Dæmonum pedibus protrita, atque conculcata: nullus timor numinis, nulla inferorum suspicio, religionis sensus nullus. Erant omnes pietatis igniculi in hominum mentibus restincti, & quasi in ipso fomite profocati: Vbique Dæmonum simulachra, Dæmonum aræ, Dæmonum templa, & quod dicere perhorresco, in ipsis excisis, atque funestatis Dei altaribus Dæmonum vexilla, trophæa, triumphales arcus fulgebant. Terrarum orbis luctuosissima facies partim scedissimi lupanaris, in quod omnes omnium libidinum sentinæ defluxerant, partim etiam amphiteatri cuiusdam ex scelerum colluuiæ, & humano cruore macerati, speciem præfe-

Quid interea clementissimus parens Deus non iaculatur fulmina, non frementi diluuiio terras obruit, non exquisita tormentorum genera ad consecratorum supplicia machinatur, sed hanc inuiam, ab ipsis Angelorum mentibus, & cogitatione seclusam, vt humani corporis veltius copagibus, propitius nimirum, & salutaris fulgor ad salutem hominum procurandam terris illabatur. Enimvero Dei præpotentis imago ab ipsis mundi cunabulis primis indica parentibus, sed terra postea fuliginis infuscata maculis, pristino nitore reddenda fuerat, quibus vero atis illecebris id factum oppertuit: Deus se homini credo plenissimo diuinitatis fulgore circumfusum repente obijcere debuerat: sed luto, & tenebris oppressæ hominum mentes ne minimam quidem illius lucis scintillam, nisi per transennam vi deie, ac sustinere poterant. Quid igitur summus ille rerum effector, atque restaurator molitur? Quid comminiscitur, acres illos, & indomitos diuinitatis radios lenissima veluti corporis nube refingit, & in hac priui parentis argilla non iam fugaces, & obsoletos sui colores imprimi, quibus finem ætas esset allatura, sed seipsum hoc luto nostræ mortalitatis ergastulo circumclusum terris exhibet, & vt à summo bono semper fugientem homulum semel assequeretur, ipse hominem induit: In quo mihi videtur aucupes industrios imitatus, qui vt aues suo ingenio vagas, & timidas illiciant, confectis e versicolore plumarum apparatu tuniculis facilius venatur, & melius: Vel certe parentes, qui teneris infansulis matre nuper orbatis bubuli lactis candidum florem propinquant in vasculo, & vt maternorum orbaturum

Theodoretus in serm. de legibus habet multa de hoc reiro, & de formi mundi statu ante Christi

Dei in re demptionis nostra assumptionis.

Christus imitatus parentes filiorum matris orbaturum